



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

3 De pœnis contra vsurarios iure Pontificio, Regio, & Cæsareo statutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

ra empta sint ipsi creditori iusto pretio, tunc arbitrio & iudicio boni viri definiendo, leg. si fundus. §. vltim. ff. de pignoris. Quod si prius quam precium istud aestimetur, resque adiudicata sit emptori, debitor mutuam pecuniam obtulerit etiam post diem solutionis praesinitum, moram purgabit, & impediet pignorum perfectam venditionem, sicuti docent Angel. in leg. cum dominam. C. de pignor. Hippol. in singul. 468. Carol. Molin. in dict. qu. 52. num. 356. quod comprobari potest ex l. fundus. ff. de rescind. vendit. l. si residuum. & l. si prius quā. Cod. de distract. pigno. bald. in leg. pactum vulgare. Cod. de pignor. act. nam licet hæc venditio sit conditionalis. text. in dicta l. fundus §. vltim. & conditio iam euenerit, tamen colummata non est, donec precium aritimetur, leg. vlti. C. de contrahend. emptio. l. merces. in princip. ff. locati. quamuis quadam propofita distinctione contrarium senserit Anton. Fanen. de pign. 4. part. numer. 1.

Tertio, hinc etiam probatur fallam esse Bart. & aliorum opinionem, qua communiter assertum est, pactum legis commissoriae etiam cum creditore initum, ex interuallo tamen validum esse, quo ad retinendam rem, & excipiendum, licet nullum fuerit quo ad agendum. Hæc etenim distinctio omnino falsa est: quia ratione eadem, qua nullum censetur pactum istud ab initio factum prohibetur, & damnatur factum ex interuallo. cum enim debitor minus iusto pretio, nempe pro ipsa pecunia credita vendidit pignus, aut rem aliam creditori sub conditione dilate solutionis, vere causa mutui creditor consequitur ultra sortem id, quod iusto pretio deficit, & ideo ab vsurarum crimine immuans esse non poterit. hoc ipsum probatur, siquidem negari non poterit vsuram committi à creditore, qui ex interuallo receperit aliquid ultra sortem à debitore causa mutui, & iure dilate solutionis, in hac vero specie pactum istud, ex quo ultra sortem accipitur, fit causa, & ratione mutui. igitur id illicitum est. Et præterea nulli bi hæc Doctorem distinctio probatur, cum in l. Titius. ff. de pign. actio. quæ passim à Doctores adducitur ad probationem communis erroris, minime tractatur de pacto legis commissoriae, sed de datione insolutum, que fit à debitore creditori, & ea certo, ac iusto pretio, vt inibi expressum est, non autem pro ipsa quantitate debita. Hæc vero datio insolutum nullum habet vitium, ac iure fieri potest. l. eleganter. in su. princip. ff. de pignor. act. l. si pro adium. & authent. hoc si debitor. Cod. de solutione. Ergo abique legis autoritate, hæc differentia, quæ fraudem non excludit, sed auget, fieri non debuit. Sic sane hanc tertiam illationem pulchre & eleganter defendit Carol. Molin. in d. quest. 52. nu. 363. contra Bartol. in l. quamuis ff. de solut. Abb. num. 6. & Doctores in d. c. significante. Alexand. consil. 178. num. 1. & consil. seq. lib. 7. Anton. Fanen. de pignoris. 4. part. num. 6. Guido Papæ qu. 6. Barr. Bald. Salic. & Paul. de Castro in l. Titius. Ripam in l. nemo potest. numer. 14. ff. de legat. 1. & alios quos, refert Tiraquel. libr. 2. de retract. in prefatione. num. 7. & in su. num. 134. quibus in locis dubitat de huius communis sententia veritate, existimans ex ea fraudem fieri prohibitioni legis, & pacti commissoriae, autoritatem secutus Alber. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. vers. sed quid si empt. & Cuna. cons. 184. qui censent pacta ab initio prohibita in aliquo contractu, etiam si ex interuallo fiant, adhuc habere fraudis suspitionem.

Quarto & vltimo, quamuis in praxi fori exterioris, & interioris, apposito pacto legis commissoriae pro quantitate mutuata, cogendus sit creditor soluto debito pignus debitori reddere, etiam si omnino conslet, pignus ipsum iustissime non valere ultra quantitatem mutuam: fortassis verius est, quod in ea specie validum sit legis commissoriae pactum cessante ratione prohibitionis. Et sane proculdubio in eo casu creditor nihil tenetur restituere debitori in foro interiori nihil petenti, cum nihil ultra sortem ratione mutui perceperit. qua in re oportet diligenter rem istam perpendere, iustumque precium examinare, ne fraus, aut dolus sub imagine iusti precij lateat.

CAPVT. III.

De penis contra vsurarios iure Pontificio, Regio & Casareo statutis.

SYMMARIA.

1. Crimen vsurarum, an sit mere ecclesiasticum, late discutitur.

2. Usurarius pœna infamiae punitur iure ciuili, & qua pœna lege Regia sit puniendus.
3. Clericus vsurarius qualiter iure Pontificio puniatur?
4. Quis dicatur vsurarius manifestus, ad interpretationem cap. quoniam de vsur. in 6.
5. Testes singulares, an probent quem vsurarium esse?
6. Causa idonea qua sit & an bona vsurarij sint hypotheca titulo obligata pro restitutione vsurarum?
7. Hæreses vsurarij coguntur vsuras restituere. & inibi, an de delicto defuncti hæres tenentur.
8. Hæreses vsurarij non confecto inuentario, non tenentur ad vsuras restituendas ultra vires hereditarias.
9. Testamentum vsurarij manifesti nullum est, nisi fiat seruaata forma cap. quoniam. & inibi traduntur hac in re aliquæ interpretationes.

OMnium consensu in eam à nostris itum est sententia vt existiment iuris vtriusque professores vsurarum crimen mere ecclesiasticum esse: ita etenim opinantur gl. & omnes in capit. cum sit generale. de foro compet. & in capit. 1. de off. sic. ord. & in clemen. dispensationem. de iudic. Alexand. consil. 29. nu. 6. lib. 4. Dec. consil. 170. lal. consil. 153. lib. 4. colu. vltim. quorum opinionem Communem esse testatur præter alios Albe. in tractu. Cod. de vsur. numer. 3. Imò vsurarum causam esse quasi spirituales asserit gloss. in cap. ex literis. de iur. iur. His suffragantur textus in cap. 1. & 2. capit. & præterea de vsur. vbi laici vsurarij à iudicibus ecclesiasticis puniuntur excommunicationis pœna qua quidem & alijs pœnis etiam laici iure Pontificio ab hoc crimine coercentur. Quo fit, vt de vsurarum scelere minime valeat cognoscere iudex laicus, etiam inter seculares, quemadmodum nec de hæresis crimine, cum & id absque vlla controuersia mere ecclesiasticum sit. Hanc tandem opinionem & nos in Epitome de sponsalibus. 2. par. cap. 8. §. vlt. num. 3. probauimus, quoties questio iuris tractanda contigerit: nam vbi tantum facti questio incidit, communiter receptum est eius cognitionem posse iudici seculari iure competere, sicuti ex Bar. & alijs in leg. Titia. ff. solut. matrim. inibi explicuimus.

Rursus alijs placuit, crimen istud vsurarum esse misit fori, & ideo laicum iudicem posse inter laicos causam istam iudicare, ecclesiasticum vero inter clericos, quod tenuerit Salicet. in l. eos. §. vltim. num. 5. C. de vsur. Archidiac. in cap. quid sit. cam. 4. q. 4. Galpar. Calder. in consilia Ancharani, respon. 236. Barb. in d. c. cum sit generale. numer. 173. quibus minime citatis Carol. Molin. in tract. de contract. q. 10. animo in canonistas irato existimati huius criminis cognitionem non minus ad iudicem laicum pertinere, quam homicidij, furti, simuliumque delictorum, quæ mere ecclesiastica minime censentur.

Ego, vt libere quid senserim hac in controuersia profiteam censeo vsuram crimen non esse mere ecclesiasticum, & ideo eius cognitionem inter seculares & laicos ad iudicem laicum posse pertinere, siue sit questio iuris, siue facti, eundemque iudicem rectissime hac de causa inter se sibi subditos cogniturum, quidquid communis Doctorem traditio hæctenus obseruauerit. Nam eam sententia erroneam esse, nostramque iure verissimam manifeste probatur. Primo, quod nulli bi ius Pontificum vetuit, iudicem laicum hac de causa cognoscere, imò permisit iudicibus secularibus super vsuris iura dicere: iusque litigantibus reddere. capit. post miserabilem. de vsur. Quod si hoc crimen mere ecclesiasticum foret, profecto ius canonicum alicubi laicos iudices id tractare prohibuisset, iuxta capitul. tuam. de ordo. cognitio. capitul. lator. capit. causam qua. in 2. qui filij sint legitimi. capit. inquisitionis. §. inibitemus. de hære. in 6. Secundo, quia crimen istud nihil plus habet, quam homicidium, quam furtum, quam & similia scelera, quæ in damnum, & iniuriam proximi perpetrantur, hoc etenim ita ad sensum patet, vt nulla indigeat probatione: & tamen prædicta crimina mere ecclesiastica non sunt, ergo nec istud. Tertio, ratione vrgentissima probatur, crimen siquidem vsurarum non ex alio mere ecclesiasticum dici potest, quam quod sit ab initio vetitum lege supernaturali, vel fuerit lege tantum Pontificia, aut naturali simul, & Pontificia duntaxat prohibita: nulla autem harum qualitatuum criminis vsurarum aptari potest: igitur mere ecclesiasticum dici non debet. Primum sane satis probatur vsuras non esse lege supernaturali veritas, cum id crimen non sit contra ea, quæ per Deum, aut ecclesiam catholicam supernaturaliter sunt inducta, & reuelata, quale est crimen hæreseos, crimē simoniae, quatenus committuntur contra ecclesie sacramenta, & articulos fidei grauissima à perniciosissimis hominibus hæc ipsa delicta.

Deinde vsuras sola lege Pötificis prohiberi falsum est omnino, licet *cap. 1. huius lib. ostendimus*. nam & lege naturali prohibere vere censetur. Sic & eas improbari iure tantum naturali, & Pontificio itidem non est attendendum, cum iure civili iuxta quorundam sententiam fuerint etiam improbatæ, & absque vilo dubio certos quosdam limites excedentes vsuræ iure Cæsarium prohibentur. *l. eos. C. de vsur. & penitus* quæcumque in quantitate iure Regio per Charistiana orbis principes damnantur. ecce quo pacto dici non valent, hoc vsurarum crimen mere ecclesiasticum esse. Deinde si dixeris satis esse, vt hoc crimen mere ecclesiasticum lege naturali & diuino prohibuit esse, eadem ratione oportet fateri, & homicidium mere ecclesiasticum crimen esse, cum hoc sit lege naturali, diuina, Evangelica & Pontificia prohibitum, idem dicendum foret de adulterio, de furto, & pluribus aliis, quæ absque vlla controuersia mere ecclesiastica non sūt, nec talia dici debent, & præterea quamuis gratis concedamus crimē vsurarū olim sola lege Pontificia prohiberi ceptū, cum tamen & per leges ciuiles sæculares postmodum, & nunc sit verum, non sequitur ex hoc mere ecclesiasticum esse, cum & sacrelegia olim maxime ecclesiasticis ceperint prohiberi, nec ideo sunt mere ecclesiastica, imo iudex laicus poterit de his cognoscere: quia etiam lege laica vetantur, secundum Abbat. *nu. 31. & communem in dict. capitu. cum sit generale*. Ex quibus probatur, sacrelegium, & similia crimina non esse mere ecclesiastica, sed simpliciter ecclesiastica, simpliciter inquam, ex eo quod & ratione iniurie locis, rebus, aut personis sacris illas, eorum cognitio valeat ad iudicem ecclesiasticum deseri, quia ratio ne possent dici ecclesiastica secundum quid, atque ita non mere ecclesiastica.

Histandem prænotatis, quo antiquorum canonum crimen itud vsurarum, & eius cognitionem tractantium verum deducatur interpretatio, ipse opinor aliquot illationes adnotandas & colligendas fore. Prima, olim eo tempore, quo vsuræ vltra limites quosdam, & iure sæculari prohibita fuerunt vltra eosdem limites, inspectis rigore quodam iuris principis, crimen hoc misti fori fuisse, & nunc esse, vt laicus iudex inter laicos de eo cognosceret, ecclesiasticus vero inter clericos, quemadmodum de homicidio, de adulterio, de furto, & similibus, quæ vtraque lege Pötificia, & sæculari prohibentur nec Pontificia tantum ab initio prohibita fuere, quod constat ex Abbatis. *in diction. capitul. cum sit generale. column. penult.* quem sequuntur alij asserentes crimē vtraque lege prohibitum misti fori omnino esse, quorum sententiam ipse sequor, modo crimē prohibitum lege sæculari, & Pontificia simul non ceperit prohiberi lege tantū canonica, nam hoc ecclesiasticum est, non tamen mere, nec item crimen lege laica prohibitum fuerit ab initio lege super naturali verum, vt hæresis, cum hoc sit mere ecclesiasticum. Hæc vero latius hic tractare non vacat, præsertim cum de his criminibus, quæ mista sint, vel mere ecclesiastica, aut ecclesiastica, diligentissime tradiderit Martinus ab Azpilcueta *in relect. c. noui. de iudic. nor. 6. corollario 7.*

Secundo, inferitur olim eo tempore, quo iure civili intra limites quosdam vsuræ permissæ fuerunt, crimen istud, quatenus ad vsuras ita permissas pertinebat, mere ecclesiasticum fuisse, ita quidem, vt eius cognitio solus esset iudicis ecclesiastici: quia crimen hoc lege tantum naturali, diuina, & Pontificia prohibebatur. Quamobrem ad hoc tempus referri possunt canones hi, qui quorundam iudicio crimen istud probant esse mere ecclesiasticum, atque hinc poterit perpendi, quam occasione habuerint veterum canonum conatores, vt huius criminis cognitionē iudicibus ecclesiasticis vendicarent.

Tertio apparet, hisce temporibus, quibus & legibus laicis vsuræ indistincte vetantur, crimen istud esse censendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem, misti fori: vt tandem inter laicos, iudex sæcularis tantum de eo cognoscat, ecclesiasticus autem inter clericos, sicuti de homicidio, de adulterio, de furto, & similibus.

Quarto, non est hac in re prætermittendū, ex iuris canonici decisionibus posse optime deduci etiam hoc sæculo iudices ecclesiasticos habere huius criminis aduersus laicos cognitionem, quemadmodum & iudices sæculares eam habere diximus, quod & praxis obseruat, nec est ab utilitate Reipublice Christianæ alienum, cum tæc annis post reipublicis Christianæ institutionem leges sæculares huius

criminis coercionem neglexerint, imo partim eius vsum probauerint: quo factum est, vt oportuerit Romanos Pötifices pluribus canonibus aduersus vsurarios, & principes sæculares eos aliqua ex parte defendentes statuti curam hanc puniendi hoc scelus subire, ab hocque initio obtentum iam diu est, quod criminis huius punitio ad ecclesiasticos iudices, simul & ad sæculares etiam contra laicos pertineat, quali crimen hoc, licet mere ecclesiasticum non sit, ecclesiasticum tamen dici vere possit: ex eo quod ab initio renascentis ecclesiæ, iura Pontificia hoc prohibuerint, legibus sæcularibus id permittentibus. imo probantibus.

Vt unque sit, etiam si admittamus opinionem eorum, qui censent, vsurarum crimen mere ecclesiasticum esse. nihilominus scelus istud potest lege sæculari poenis statutis puniri, quod ipse tradidi in Epitome de sponsalib. 2. part. cap. 6. num. 19. Imo executio instrumenti publici apud iudicem laicum ex lege Regia petita, non erit suspendenda ad exceptionē vsurarū nisi ea probetur intra decem dies quamuis iudex ecclesiasticus, coram quo debitor petierit contractum vsurarum pronuntiari, iudicem laicum hac executione inhibuerit, aut eum requisierit, quod in ea superledeat: sicuti & ipse adnotauit 2. par. Epitomes, c. 8. §. 12. nu. 5.

Punitur & vsurarius iure civili poena Infamiae. *tex. sing. in leg. improbum fenus. C. ex quib. causis infam. irroget. & in c. infames. 3. qu. 7. §. perro. Quæ* quidem infamia ipso iure irrogatur, glo. Cynus, Alber. & Salic. post Azonem *in summa in dict. l. improbum fenus. Panorm. num. 2. Anchar. & alij in cap. inter dilectos. de excess. prelat.* quo in loco iure Pontificio fere probatur hæc ipsa poena, idem adnotauit Matthes. *nota. 197. quorum Opinions arbitror Communem esse.* Solet tamen controuerti, an hoc sit admittendum in his, qui exercent vsuras intra modum, & limites definitos Cæsarium *in l. eos. C. de vsur.* Nam *text. in d. l. improbum.* videtur eos tantum hac nota afficere, qui vsuras vltra limites legis ciuilibus, id est, vltra cente simam exercet, cum alie vsuræ intra centesimas permissæ forent. & ideo verisimile non est legem Cæsaream infamia eos affecisse, qui secundum eius permissionem, & eius autoritate fœnori darent, & ita hanc opinionem probat gl. 1. in d. l. improbum. quam sequitur Domin. *consil. 77. colum. penult.* his ad stipulatur, quod poenæ statuta iure civili aduersus contrahentes incestas nuptias, referenda sunt ad eas nuptias, quæ iure eodem ciuili ob consanguinitatē, & affinitatem erant tunc prohibita, non ad eas, quæ per easdem leges tunc per mittebantur: tametsi iure canonico essent improbatæ, secundum Anchar. *consil. 491. Domin. consil. 71. Calder. consil. vlt. de consangu. Deci. consil. 278. nu. 5. & Andr. Alciat. in cap. cum centingat. de iure iur. nu. 53.* Quamobrem opinio gl. in d. l. improbum. satis probata quibusdam videtur, & Panorm. *in d. c. inter dilectos. nu. 2.* hæc de vsuris questione proposita, eam indeciam dimittit, dubius valde circa eius veram resolutionem. Sed tamē contraria sententia est admittenda ex eo quod cum leges ciuiles improbum fenus exercentes infamia affecerint, & iure naturali, ac canonico indistincte quæcumque in quantitate vsuræ in maximā Reipubl. utilitatem improbatæ sint, & prohibita, satis est consonum, legis latores non abhorere hanc huius criminis punitorem: leges etenim hac in re subserviunt apud Christianos prohibitioni iuris Pontificij, quod iuxta naturalem institutionem vsuras maximis execratur prohibitionibus. Et ideo hanc vltimam opinionem elegerunt Gulielm. de Cuneo, Petrus, Iaco. Burt. Cyn. Salicet. & alij in d. l. improbum. Matthes. *notab. 49.* quorum Sententiam Communem esse testantur Salicet. *in d. l. improbum. colum. 1. Domin. dict. consil. 77. col. penult.* eandem probat Regia. *l. vlt. tit. 2. lib. 8. ord.* idem præmittit Regia. *l. 4. tit. 6. part. 7. Thodie l. 4. tit. 6. lib. 8. Recop.* Non obstat gloss. in d. l. improbum. quia communi omnium consensu reprobat. nec item obert, quod ex Anchar. adduximus, cum id non esse verum, imo frequentiori Doctorum suffragio reprobatū esse ostenderit in Epitome de sponsalib. 2. part. c. 6. §. 8. num. 18.

Scribit tamen Salic. *in dict. leg. improbum. quest. 3. num. 4.* vsurarium publicum etiam ante sententiam notatum esse, & affectum infamia facti, & infamia iuris: at vsurarium occultum nec iuris infamia affici, donec eius crimen detectum fuerit per sententiam. Cui suffragatur *text. in dict. leg. improbum.* dum exercentes improbum fenus infamia afficit, quasi exercitum eius criminis requirat, quod publice pateat. idem probat *text. in dict. c. inter dilectos.* qui frequentem mutui dationem exigit, non alia ex causa, quam quod ad

infamiam etiam iuris necessarium sit delictum non esse omnino occultum quod & ratione constat: quia infamia etiam iuris ex delicto nascitur. text. in l. cognominus. ff. de variis & extra. cognitio. sicut fama, & illa est dignitatis status ex bonis moribus: neutrum vero sine publica rerum noticia potest contingere. Hoc ipsum generaliter de quacunque infamia iuris ipso facto a lege irrogata censet Alfonso Castr. lib. 2. de potest. l. pen. cap. vlt. tamen & in hac specie quam tractamus contrarium adnotauit Paul. Castr. in d. l. improbum. sensus. in fin. iure Regio vsurarius ita punitur, vt pecunie ab eo sub vsuris mutuo datae debitori cedant, & acquirantur, & praeterea totidem nummos solvere damnatur, qui certis quibusdam modis eodem iure distribuitur. Quod si vsurarius semel hac punitus poena, iterum in idem crimen incidit, amittit dimidiam bonorum partem, & demum ita semel, ac iterum punitus in eandem tertio labem incidit, omnibus bonis totoque patrimonio mulctabitur, & id addendum erit Regio lisco, atq; accusatori, vel denunciatori, quemadmodum cautum est l. 1. & vlt. tit. 2. lib. 8. ord. Sed & Plato lib. 5. de leg. censet, vsurarium ita lege mulctandum fore, vt fortem ipsam, & vsuras amittat.

Clericus vsurarius itidem infamis est ipso iure eodem pacto, quo laicus. text. secundum Abb. in l. i. col. 4. c. de inter delictos. quod est intelligendum iuxta ea, quae de laicis paulo ante diximus ad interpretationem l. improbum. sensus. C. ex. quibus. caus. infamia irrogetur. qua ratione repellitur clericus vsurarius ab obtinendo beneficio, glo. in capit. praeterea de vsuris. quae probatur ex regul. infamibus. de regul. iuris in 6. tamen episcopo permissum sit hanc infamiae notam tollere, & abolere ab eo, qui iam penituerit ad effectum obtinendi beneficia ecclesiastica, quod gloss. Communiter recepta adnotauit in d. cap. praeterea. Imo & clericus vsurarius deponendus est ab officio & beneficio. text. in l. ignis, vbi hoc notant Ioan. Andr. Abb. & Rauenna in capit. 1. de vsur. Alex. Imol. in consil. 72. lib. 1. in princip. Quibus obicitur decisio text. in d. cap. praeterea. Ex qua clericus vsurarius arbitrio iudicis ad certum vsque tempus officio, & beneficio suspendendus est, non ab officio & beneficio deponendus. Quod ita intelligendum est, vt clericus vsurarius primo quidem suspensione punitus, & demum in eundem lapsus errorem fenerare perseuerans, deponendus sit ab officio, & beneficio: simpliciter vero vsurarius absque praeterea contumacia suspensione tantum sit punitus, sicuti placet Hosti. in summa tit. de vsur. §. vltim. versic. alia ad iudic. & Ioan. episcop. Callagurrit. in summa & pract. crim. cap. 81. quibus verba text. in d. l. dum dicit, vsurarium lucris insitit, ad stipulantur. Nam etiam similibus vtatur Rom. in d. cap. praeterea. ita scribens: qui si parere contempserint, si clerici sint, eos ab officio, beneficioque suspendi, non tamen ex eo constet, vsurarium crimen commissum aduersus interfectionem episcopi, clericum efficere in eodem delicto contumacem, & incorrigibilem. argum. eorum, quae notantur in capit. cum non ab bon. ne. de iudic.

Quod vero diximus episcopum posse dispensare cum clerico vsurario post penitentiam, vt beneficia ecclesiastica obtineat, ne fortassis mirum cuiquam videatur infamiam quae ex vsura contrahitur, ab alio quam a principe tolli posse, vt Dominico visum est in d. consil. 77. col. vlt. praeter alia poterit adnotatione quadam intelligi quantum ad beneficia obtenta: nam his ob infamiam etiam iuris minime est priuatus, non quo ad obtinenda, quae infames adsequi non possunt absque Romani Pontificis indulgentia, hoc etenim gloss. expressim obseruauit in d. ca. inter delict. ex. cels. pralat.

Ceterum, circa huius criminis punitionem extat celebris constitutio, quae secunda est sub rubrica de vsur. lib. 6. incipiens, quaque. Ea siquidem vsurarii manifesti, etiam si iusserint, vsuras restitui, & criminis commissi penituerint, non sunt tradendi ecclesiastica sepultura, imo & eorum testamenta sunt nulla ipso iure, nisi de vsuris ipsis fuerit, iuxta eorum facultates, vel post obitum plenarie satisfactum, aut illis, quibus facienda est restitutio, vel aliis eorum nomine, idonee de restitutione facienda sit cautum, ad cuius constitutionis interpretationem aliquot ipse explicare aggrediar, reliqua ordinariis eiusdem loci interpretibus missa facturus.

Primum oportet exponere quod quis dicatur vsurarius manifestus, vt ei conueniant praedicta sanctionis poena. Et sane dubio procul manifestus est vsurarius, qui palam & publice feneratoriam artem ita exercet, vt ipsa operis, & patris sceleris euidentia nullam excusationem habeat, c. euidentia

de accusa. quo omnes conuenire video.

Est enim & is manifestus vsurarius, qui crimen ipsum confessus est in iudicio, iure etenim ea confessio ipsum stum facit. text. in c. vlt. de vsuris. de cohabit. cleric. & mulier. si tamen de verborum significat. gl. in hac specie in cap. 1. in verbo manifestus de vsur. in 6. quam Doct. inibi sequuntur, & in ca. quia in omni. de iud. in. Diciturque frequentissime id esse notorium iuris, quod apparet per confessionem in iudicio emissam. Et ideo manifestus vsurarius dicitur is, qui apud iudicem confitetur se vsurarium esse, etiam si simplex confessio sit nec professio fuerit se manifestum vsurarium esse, quemadmodum & in specie explicat Francus in d. c. 1. super d. glof. manifestos. Et est de mente Doct. ibi, Abb. Ananias, & aliorum in d. c. quia in omnibus.

Tertio, licet confessio extraiudicialis non efficiat quem manifestum vsurarium, vt de cohabit. cleric. & mulier. si tamen ea facta fuerit coram sacerdote, & testibus publice: itaque idem in plurium notitiam deueniret, erit quis ex ea confessione vsurarius manifestus gloss. in d. cap. quoniam vlt. manifesti. quam ita intelligunt, & sequuntur Archidia. Dominic. & Franc. ibi Abbas in consil. 2. col. 1. lib. 2. Abb. idem & Anan. colom. 5. in d. cap. quia in omnibus. Bald. in l. 1. col. 4. c. de sancti. eccles. Felin. in cap. auditis colom. penult. de praescrip. quorum opinio Communiter est secundum Socinum in consil. 127. col. 2. lib. 3. Et profecto si eorum rationes consideremus, non refert, an fiat ea confessio extra iudicium coram sacerdote, vel notario, modo facta fuerit coram testibus ita palam, & publice, quod in plurium aures, cognitionem & scientiam peruenit. Nam & hi Doctores ea ratione eorum sententiam probant, quod ore confitentis crimen istud effectum sit manifestum.

Quarto etiam dicitur vsurarius manifestus, qui ob hoc crimen iam a iudice per sententiam damnatus fuerit, cum iudicis pronuntiatio quid notorium efficiat. dictio capit. vlt. de cohabit. cleric. & mulier. glof. hac in specie Communiter probatur in dicto cap. 1. de vsuris in 6. iudex vero quempiam huius criminis damnare poterit, si is testibus legitimis conuictus fuerit, nec prius vsurarius hic manifestus dicitur etiam si testibus, aut aliis probationibus fuerit conuictus, quam a iudice sit per sententiam damnatus. quemadmodum Hosti. Abb. & alii explicarunt in capit. cum dicepsi. de vsur. Frederic. consil. 64. Dominic. consil. 59. Abb. consil. 2. libro. 2. & consil. 34. lib. 1. Iason. consil. 78. num. 3. libro. 3. & ideo licet gloss. in dicto cap. 1. in verbo manifestos. scripserit posse iudicem quempiam per sententiam vsurarium declarare, & publicare, si is testibus, fama aut aliis argumentis conuictus fuerit. Hi tamen est intelligenda in hunc sane sensum, vt ante sententiam non dicatur is vsurarius manifestus, atque ita sunt intelligendi plures, qui illius glof. meminerunt, & praesertim Iason in l. i. Imper. ff. de lega. 1. col. 2. Nam & hic sensus satis aperte ex ipsius gloss. verbis & ex his, qui eam sequuntur, deducitur, licet Abbas consilio. 81. libro. 2. voluerit, per famam, & ad iudicium absque alia iudicis manifestatione censeri quem vsurarium manifestum. Nec id in dicto capitulo. cum in dicepsi. probatur. Sed tamen ex dicta gloss. colligitur, in criminalibus ad punitionem sufficere famam cum argumentis, quod procedit, vbi argumenta probarent plus quam semiple: quemadmodum dictam glossam laudans, & exponens adnotauit Felin. in capitul. veniens. in primo. de testib. 4. colom. cum alioqui in his fama cum vno teste minime probet. gloss. Communiter recepta in dicto capitulo. veniens. Et fortassis tutius erit, quod fama cum argumentis non probet, quod poenam grauiorem etiam si sufficere ad aliam mediocre, seu mitiorem poenam infligendam, auctore Domin. in dicto capitulo. 1. quem Decius sequitur in capitulo. 14. colom. 2. de appellatio. In hac autem vsurarium causa non censetur legitimi testes, qui afferunt ab accusato sub vsuris mutuam pecuniam recepisse, cum & hi suspecti sint, vt afferunt Frederic. consil. 61. Roman. consil. 355. Abb. & Felin. in capitulo. personas. de testibus. Nec item testes singulares sunt admittendi ad huius criminis probationem, nempe cum vnus testis deponit, & testificatur de vno actu, aliter de alio, sicuti docuerunt Abb. consil. 42. libro. 1. Alexand. consil. 72. lib. 1. num. 3. licet ex hac testificatione oriatur infamia facti aduersus vsurarium, quod Baldus scribit in l. 1. c. qui testamens. questio. 8. Et sane si cum hoc singularium testimonio adfuerit, & concurrant aliquot aliae coniecturae, scilicet multitudo testificantium, aliae praesumptio: tunc erit sufficiens testimonium testium

barium secundum Carol. Molin. in d. consil. 72. numer. 3. fensit.

Alexand. consil. 100. lib. 1. numer. 5. Imo episcopi constitutio nulla esset, & inualida, quae sta-

tuere crimen vsurarium probari posse per testes singulares cum ea sit iuri contraria, nec plane conueniens, nec equidē sicuti respondit Freder. consil. 17. cui consentire Bald. consil. 207. lib. 4. Lanfran. in repet. elem. dispensiosam. de iudic. eol. vltim. Ioan. Baptist. de sanct. Severino in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. glo. 46. Dd. in d. c. cum in d. iacefi. vbi Abb. col. vlt. fatetur, hanc opinionem Communiē esse. Verum, quoties ageretur generaliter aliquem esse vsurarium manifestum, aut simpliciter quem huius criminis in fama publice notatum esse, & testes singulares sufficerent ad eum esse cō, vt rebus vsurarius manifestus censetur: si testes testimonium perhibuerint eius qualitatis, quae manifestum vsurarium, aut publicum efficiet, quamuis in actibus particularibus singulares sint, nec eos legitime probauerint quantum ad sententiam, & iudicium de eodem actu singulari ferendum, ita plane Bal. censet in d. l. i. c. de testam. Ang. in disput. de test. ff. de test. Abb. consil. 81. lib. 3. Lanfran. in d. elem. dispensiosam. col. antepen. vlt. tertio conclusio. ex glo. cetero. lib. 1. in l. ab eadem. ff. de test. b. ad fin. quae probat, testes singulares sufficere ad plenam probationē alicuius rei, quae a pluribus actibus generaliter deducitur, nempe ad probandum vltimū possessionis, vltimū iurisdictionis, quem in famam esse videm Alex. consil. 141. col. 2. lib. 1. & consil. 92. col. 4. lib. 5. Bar. elegerit in l. de quibus. nu. 24. ff. de legib. Capol. consil. civilium. 2. ad fin. Lanfran. in cap. quoniam contra. de probationibus. §. testium. num. 50. Aretin. consil. 60. Bald. & Paul. in leg. i. lucius. ff. de his qui notant. §. testium. Doctor Communiter in dict. leg. ob carmen. §. vltim. Socin. consil. 95. lib. 3. in fin. Aym. consil. 78. numer. 6. Quin & ipse Angelus in d. disput. de test. ff. de test. exultimat, ad hunc finem admittendos esse in testes aduersus vsurarium etiam eos, qui ab eodem dixerint mutuum sub vsuris accepisse: quique singulares sunt in hoc testimonio: modo nullam ex eo vitiositatem consequantur.

Hinc profecto colligitur satis caute & promide lege Regia statutum esse, quod aduersus vsurarium quoties actum fuerit de eo puniendo ob vsurarium crimen generaliter commissum, admittantur testes singulares, quique testificantur ab eo sub vsuris mutuum accepisse, modo his testibus a iudice fides habeatur, non equidem solis, sed adiunctis aliis argumentis, & ad iudicium: ex quibus simul & ex integritate morum, & vitæ ipsorum testium iudex ipse sibi persuaserit, fidem his adhibendam fore: ac tunc nulla pars poenae in vsurarium statuta, & a iudice inflictæ, cum pecuniaria sit, ad ipsos testes pertinebit. hoc etenim sancitū est in l. 2. ff. de iur. Nec id mirum, cum ex opinione Angeli, tum ex eo quod & testibus singularibus alioqui quacunque in re fides adhibenda est, si id iudici visum fuerit ex negotij, & personarum qualitatibus quod explicat Paul. Cast. in d. l. i. c. de testam. Capol. in d. consil. 3. in fin. Soc. consil. 262. col. 5. li. 2. Curt. Iun. consil. 106. col. 1. idem Paul. de Cast. in l. adim. nendi. ff. de iur. iur. col. 7. Aym. d. consil. 78. nu. 7.

Ex quibus Regij iudices admonēdi sunt, vt caute Regia constitutione vtantur in praxi: quoties de puniendis vsurariis apud ipsos tractetur: siquidem in poenam statutū est, quod vsurarius tot numos, quot mutuo dedit, reddere cogatur Regio fisco, & accusatori. Nam si de pluribus mutuis per testes singulares iuxta legem Regiam probatum fuerit, non omnino est vsurarius integram legis poenam solvere cogendus: sed mitiore arbitrio iudicantis: nisi ipsi ex circumstantiis visum fuerit quodlibet mutuum satis plane probatum esse: qua in re oportet iudicem omnia diligenti, & æquo iudicio perpendere.

Tandem, quo prima hæc capit. quinquam. interpretatio ad vltimū examinetur, ego existimo prædictis modis quempiam manifestū vsurarium dici aut eorum altero si tractetur de poenis in c. quia in omnib. statutis: nempe vbi actū fuerit de non repeliendis in loco sacro vsurariis manifestis, qui in eo peccato, & crimine decesserint, & de non recipiendis eorum obligationibus, deque non admittendis vsurariis, qui non penituerint eius criminis, ad communionem Eucharisticam in his etenim casibus saterit, esse quem vsurariū manifestum operis euidencia, confessione iudiciali, extrajudiciali, vel iudicis cōdemnatione, iuxta ea quae modo explicauimus, atque in hunc modum accipiendus est text. in d. c. quia in omnib. dum secundum Abb. & communē prolat, dici

manifestum vsurarium eum, qui argumentis, aliisve probationibus à iudice huius criminis reus pronunciatu fuerit, cum ad hos effectus, ad hæc iuris poenas manifestus vsurarius dicatur is, qui de eo crimine conuictus fuerit, aut saltem statim valeat facillime conuinci.

At si tractetur de poenis statutis in d. cap. quinquam. contra vsurarios manifestos, etiam si hi criminis, & peccati penituerint, ac iusserint vsuras debitoribus restitui: ego manifestum vsurarium quoad has poenas cum tantum existimo, qui ita palam, & publice vsuras exercuit: vt ipsa criminis euidencia vlla tergificatione celari non possit. Quod probatur ratione: siquidē non est verisimile Romani Pontificem tam graues poenas statuisse aduersus eum, qui se inelutuum dederit sub vsuris: licet id confessus fuerit publice in iudicio, vel extra iudicium, vel à iudice ex ea causa fuerit damnatus. Nec item in eum, qui secretim & occulte vsurarios contractus pactus fuerit: quamuis demū eius criminis accusatus, vel confessione, vel probationibus aliis fuerit condemnatus: nam & in his casibus non posset iuste iudex hunc reum pronunciare esse manifestum vsurariū. Et licet sententia, aut confessio eum efficiat manifestū, nō sufficit ea iudicis manifestatio ad poenas, c. quinquam. cū inibi, vt par est, manifestatio facti, non iuris exigatur. idē probatur ex eo quod in c. iustitiam in exercitium vsurarum manifestum requiritur: quo quidem deficere, legis poena deficere debet. Et præter hæc eadem sententia probatur auctoritate Barto. qui in l. 2. nume. 3. ff. de furis. scribit, ad hoc vt quis dicatur manifestus vsurarius, oportere, quod is publice tabulam, & mensam paratam habeat ad mutuandū sub vsuris. l. 1. de litem. ff. de titu. nupt. idem Bald. voluit in l. i. c. de sacros. eccles. col. 4. dum asseuerat, non sufficere ad hoc, vt quis sit vsurarius manifestus, quod probetur, eum vsurariū esse: sed requiri probationem actū publice, & palam gestorum super eiusdem criminis exercitio. idem Bald. in l. vlt. §. similique modo in 2. num. 4. dicens vsurarium manifestum eum esse, qui palam, & in omnium conspectu, vel maioris partis vsuras exercet. Et quamuis idem Bald. inibi addiderit, etiam dici manifestum vsurarium eum, qui confessus fuerit in iudicio se vsurarium fuisse simpliciter, licet non manifestum, sunt ea verba sane intelligenda, vt idem Bald. docet ad effectū, vt deinceps post confessionem censetur vsurarius manifestus, id est, manifestus, & publicus, non autem manifestus ratione manifesti exercitij & negotij, quod vltimum requiritur ad poenas cap. quinquam. Alioqui sequeretur eiusdem constitutionis poenis affici eum, qui fœmel & occulte mutuum dederit sub vsuris, & tamen vocatus ad iudicium id confessus fuerit, quod ego profors alienum esse existimo à mente & intentione Romani Pontificis. Imo etiam si tractetur in d. c. cum dicitur de poenis statutis in c. quia in omnibus. requirit textus ille quod probetur, accusator seu delatos vsurarios esse manifestos ecce igitur, quod non satis constare eos esse vsurarios: nisi etiam constiterit esse vsurarios manifestos, & sic exigitur huius qualitatis probatio. Nec mihi placet, quod hac in re tradit Anton. Burgenfis in cap. ad nostram de empr. nu. 28. scribens, vsurariū manifestum esse, qui coram septem testibus dederit mutuum sub vsuris. id enim non probatur iure quo ad tractatum istum, quem explicare incepimus, licet text. in leg. heredes. palam. quantū ad alia id probet. Ex quibus communes hac in materia de vsurario manifesto traditiones, quo ad poenas cap. quinquam. non omnino procedunt: quarū secundam, & quartam merito reprobat Ant. Burgenfis in d. nu. 28. Quod si dixeris, non posse contingere, hanc qualitatem manifesti vsurarij probari per argumenta, sicuti permittit text. in d. c. cum in d. c. c. respondebo libenter ad huius interpretationis defensionē: argumenta inibi appellari indubitata iudicia, aliaque apertissimas, & vrgētissimas probationes: quarum meminit l. vlti. c. de probat.

Secundo, principaliter est adnotandum, ad effugiendas poenas cap. quinquam. & cautionem idoneam fore necessariam, vt inibi decisum est, & ideo non sufficere simplicem cautionem, sed requiri pignoratitiam, vel fideiussoriam: glossa communiter receptam dicit, cap. quinquam in verb. idonee. & in cap. ad nostram de iur. iur. vbi post alios Felin. gloss. & ibi late Iason in l. sancimus C. de verb. significat. nec satis erit hypothecam bonorum generalem aut specialem ab vsurario constitui, quemadmodum adnotarunt in d. cap. quinquam. Ioan. Andr. Domin. Franc. & Doctor. quos sequitur Socin.



conf. 127. col. 4. lib. 3. & Anania in d. cum tu. nu. 6. qua ratione oportune queritur, an bona vſurarij ſint à iure tacite hypothecata pro vſurarum reſtitutione? Nam gloſ. in d. cap. quantum in verb. facultates. aſſerit, bona vſurarij eſſe tacite hypothecata pro reſtituendis vſuris: idem gloſ. in ca. tua nos. de vſuris. per tex. in cap. cum tu. eod. tit. qui tamen hanc conſeſſionem non probat: cum inibi ſtatutum ſit, quod bona empta ex pecunia vſuraria, ſi ſint penes tertium lucratiuo & gratuito titulo, deficientibus aliis vſurariis bonis, vendantur pro reſtituendis vſuris. Hoc tamen non ideo ſit, quia illa bona ſint hypothecata titulo ſubieſta: nam ſi ita eſſet, vendenda forent, etiã quando tertius ea poſſideret oneroſo titulo, quod ſatis euidenter conſtat: ſed venduntur ex quadam æquitate deducta à Iuriſconſulto in leg. ſi me. & Titium. ſi certum petat. & proſecto benigna quadã interpretatione. Nihilominus gloſſam ſequuntur Lapus allegat. 47. & ſimpliciter quo ad omnia bona. Bald. in l. executorum. col. 1. Cod. de execut. rei iudic. & in leg. vltim. Cod. de ſeruo. pigno. dat. manu. Alberic. in l. pro officio. Cod. de admin. tuo. Ripa. in leg. ſenatus conſulto. nu. 9. ſi quibus cauſis pigno. tacite. contrah. Nam Lapus eam opinionem admittit quoad bona empta ex pecunia vſuraria: ea etenim eſſe hypothecata ſubmiſſa à iure cenſet pro reſtituendis vſuris, quas creditor inique extorſerat. tradit hac de re plura Ioann. Lup. in rub. de donat. §. 65. num. 23.

Sed ad huius quaſtionis certam reſolutionem oportet præmittere, res acquiſitas & emptas ex pecunia vſuraria, ipſius ementis eſſici, & eidem acquiri, argumento vrgentiſſimo tex. in l. ſi ex ea. C. de rei vend. quo probatur, rem emptam etiam mala fide emporis ex pecunia mea non eſſe meam, nec mihi debitam, ſed ementis. idem tex. in l. i. C. ſi quis al. vel ſibi. l. quantum ex ea. C. de pign. not. in ſpecie. Carol. Molin. de contrah. q. 83. num. 628. Imo vſurarius non tenetur debitori reſtituere rem ſeu lucrum ex pecunia vſuraria acquiſitum, tamen pecuniam ipſam reddere teneatur. ita vſum eſt Thom. 2. 2. q. 7. artic. 3. Gabriel & alius in 4. ſenten. diſtinct. 15. q. 2. ibidẽ Maior. q. 18. Ancha. in reg. peccatum. col. 2. de reg. aur. in 6. Ioan. Andr. Domin. Franc. in c. quantum. calu. 2. de vſur. in 6. Lauren. à Rodolph. in cap. conſult. q. 44. Abb. in c. vlt. ad ſpecu. eod. titul. & Carol. d. q. 83. lat enim eſt, quod reſtituat id, in quo debitorem læſit, id eſt, vſuras. idem Sylueſt. in verb. vſura. 6. q. 2. licet Bald. in l. i. C. pro ſocio. q. 10. & Deci. in l. certi conditio. §. vltim. num. 3. ſi certum petat. teneant, vſurarium non tantum teneri ad reſtitutionem eius, quod vltra fortem à debitore acceperit, ſed & cuiuſlibet alterius rei, vel lucri, quod ex vſuraria pecunia acquiſerit. quod minime verum eſt, nec iure probatur, atque ita Angel. in verb. vſura. §. 55. expreſſim Baldum reprobat. Item, & illud eſt adnotandum, dominium rei acquiſite per vſuram non transferri in creditorem: vnde ſi ea cauſa vſurarium extorſerit à debitore equum, agrum, aliam ve rem non efficitur ex traditione illius dominus, quod in hac ſpecie verum eſſe cenſent diuus Thom. 2. 2. q. 78. artic. 3. Alex. de Ales. part. 3. q. 16. membr. 4. & Altiſſiodorensis par. 3. quaſt. de vſur. quos Ioan. Maior refert, & ſequitur in 4. diſtinct. 15. q. 38. Bonan. in 4. diſtinct. 15. & ibi Richar. q. 4. artic. 5. Caiet. in opuſculo quaſtionum ſex. de vſur. cap. 1. Sylueſt. in verb. vſura. 6. q. 1. dicẽs hanc opinionem eſſe apud Theologos & Canoniſtas Comuni conſenſu receptam. eandem probat Ioan. à Medina in lb. de contrah. de vſura. §. in tertio argumento principali. quorum opinio efficaci ratione probatur, ſiquidem contractus vſurarius omnino nullus eſt iure naturali, Pontificio, diuino & ciuili ſaltem Regio, igitur ex eo dominium minimè tranſit etiam ſpontanea domini traditione, præſertim, quod & in vſura ea traditio inuoluntaria eſt. hoc probatur in l. non dubium. C. de legib. Bart. in l. i. §. ſi vir vxori. ſi de acq. poſſ. cuius ſententia à Doctõribus inibi recepta videtur, atq; ita hæc ſola ratio ſufficiens eſt ad huius Thomæ, & aliorum Theologorum opinionis probationem. Eandem ſententiam admittunt Ioan. Andr. Lapus, Dominic. Franc. & alii Comuni in d. cap. quantum. dum poſt Thom. aſſerant, vſurarium teneri ad reſtitutionem fruſtuũ, quos percepit ex domo, vel vinea per vſuram acquiſita: quia eos percepit ex te, quæ aliena eſt, cuiuſq; alter eſt dominus. Et licet gloſ. in cap. ſi quis vſuram. 1. q. 4. Henric. Gandauen. quodlibet. 4. q. 27. Palud. in 4. diſtinct. 15. qu. 2. artic. 5. Hadrian. in tract. de reſtitutione. §. ex his alia oritur quaſtio. teneant, in vſurarium tranſire dominium rei vſuræ cauſa acquiſitæ, prior tamẽ ſententia verior eſt, quam etiam ſequitur Dominicus Soto lb. 6. de iuſtitia & iure. q. 1. artic. 4. Nec ei aduerſatur authoritas diui Thomæ in d. diſt. 15. q. 2. artic. 4. qu. 2. quia

inibi aliorum opinionem potius refert, quam probet, dum ſcribit, ſicut in vſura accidit, in qua, vt quidam dicunt, dominium tranſfertur. His etenim verbis non admittit, nec cõcedit, veram eſſe illorum, quos citat, opinionem, & ex noſtris ſequitur Bal. in l. i. C. de pign. actio. nu. 3.

His equidem prænotatis, potius placet bona ipſius vſurarij minime eſſe Hypothecæ titulo tacite à iure obligata pro vſurarum reſtitutione, cum nullibi hæc hypotheca à iure inducta ſit, nec alicubi appareat, eam ſtatutam eſſe, & ideo Dd. communitè hanc ſententiam probant in d. e. quantum. & in d. cum tu. & c. tua nos. de vſuris. idem aſſerit Caiet. in d. c. i. qui cenſet, priorem opinionem procedere, vbi eo tempore, quo bona vſurarij ad tertium deuenerunt, vſurarius ipſe non habebat alias res, vnde poſſet debitoribus vſuras reſtituere, quod iure verũ non eſt, cum, vt diximus, nulla ſit à iure in hoc caſu hypotheca cõſtituta. Quam ob rem is qui oneroſo titulo bona vſurarij habuit, non poterit conueniri, nec actione reali, nec perſonali ad vſurarij ſolutionem & reſtitutionem, etiam ſi eo tempore, quo illa bona acquiſiuit, vſurarius alia non haberet, ex quibus poſſet vſuras reddere. Poſſet forſan Caieta. ſententia obtineri, vbi qui rem habuit eſſe obnoxium vſurarij reſtitutioni, nec aliunde poſſe eas reddere, quæ ex illa re. in hac etenim ſpecie admitti poterit, hunc tertium bonorum vſurarij poſſeſſorem cogendam fore, vel vſuras reſtituere, vel bona vſurarij debitoribus à quibus vſuræ extorta fuẽre, pro earũ ſatiſfactione tradere.

Tertio, inquirendum eſt, num hæres vſurarij cogatur vſuras reddere? Et conſtat eos teneri ad vſurarij reſtitutionem. tex. in c. tua nos. de vſur. c. in licet. de raptor. c. vlt. de ſepul. gloſſ. in d. e. quantum in verb. facultates. idque Comuni omnium conſenſu receptum eſt. Et probatur ea ratione, quod iure ſaltem canonico hæres teneatur ex delicto defuncti, etiã ſi ex crimine nihil ad eum perueniret, ſicut Rom. Pontifex. in d. c. vlt. expreſſim ſtatuit, licet iure ciuili ex delicto defuncti hæres non teneatur: niſi ex ea parte, quæ ad eum pertinet, vel ſolidum, quoties lite conſeſſata defunctus deceſſerit. l. i. Cod. ex delict. defuncti. Et ideo hoc diſcrimen inter iur. canonicum & ciuile conſtituitur, vt iure Pontificio hæres teneatur ex delicto defuncti, nõ ſic iure ciuili. gloſſ. in d. c. vlt. cum Opinio Communis eſt, quemadmodum conſtat ex Henri. imbi. & teltantur Anton. Burgen. in c. i. de empt. col. 4. Carol. Ruz. conf. 20. lib. 4. & Roder. Zuarez alleg. 26. quam ſequitur Ioann. Faber in §. penales. inſtit. de parper. & temp. actio. Hac vero diſtinctione dupliciter Panor. in d. cap. vlt. qui exſtatuit ius Pontificium à ciuili minime diſſentire, ſed ideo iure canonico teneri heredem ad ſatiſfactionem damni, & læſionis illata per defunctum, quia tacite ſaltem ipſe defunctus, decedens cõſignis contritionis promittit, & iniungit illius damni compensationem, ita quidem quod hæres ratione huius tacite promiſſionis, vel præcepti potius, quæ ex delicto teneatur, idem reperit Abb. in d. c. in licet. facit gl. in ſignis in c. a. in l. in magna. de ſent. excom. in gl. vlt. quæ recepta ibidem ab Abb. & Felin. opinionem Panor. probat. dixit eandẽ gloſ. ſingul. Angel. in verb. hæres. §. 4. mihi profeſto non placet hæc Panor. ſententia, cum ex d. cap. tua nos. de vſur. deduci poſſit, hæres debet vſurarij teneri ad reſtitutionem vſurarum, etiam ſi impænitens deceſſerit, quod præter alios deducit Bald. in l. i. C. ex delict. defuncti, num. 1. 3. Nec oberit, ſi quis Panor. reſpondentem, eam decifionem in vſurariis ſpecialem eſſe, ideo quia vſurarius non tenetur ex delicto, ſed ex quaſi contractu, nempe conditione indebiti. gl. Communitè approbata in c. de vſur. gl. in c. epiſcopum. 16. q. 8. qua ratione Abb. & Anan. in d. tua nos. Bartol. in l. i. num. 8. ſi de priuat. delicti. Aret. in Rubr. ſi de acq. her. col. 3. cenſent hæres vſurarij teneri omnino ad vſurarum reſtitutionem, non ex delicto defuncti, ſed ex contractu. Nam vt ipſe opinor, idem erit in hærede furis, in hærede incendiarij, in hærede raptoris: hi ſiquidem tenebuntur ad damni illati ſatiſfactionem, etiam ſi defunctus impænitens deceſſerit, ſaltem in foro conſcientiæ, & exteriori eccleſiaſtico, quod placuit Ioan. Fabro in d. §. penales. Aret. in d. Rubr. de acq. her. col. 3. Hadrian. quodlib. 11. artic. 1. nulla etenim ratio congrua differentiæ dari poteſt inter vſurarium, furẽ, & raptorem, quo ad illati damni emendationem: ad quam naturalis iure omnes hi tenentur non ex contractu, nec quali contractu, ſed ex cauſa illatæ læſionis proximo: quod ita manifeſtum eſt, vt nulla indigeat probatione, præſertim in proclamante reg. peccatum de regul. iur. in 6. Nec vllus erit me-

debeti eruditione præditus, qui audeat hæredem furis iure Pontificio, aut interiori foro defendere a reparatione damni illati proximo per furtum committum ab eo, cuius hæredem non est omnino recipienda Panormita sententia. Quamobrem non est omnino recipienda Panormita sententia. Quo fit, vt vel communis differetia inter Pontificiam & civile obseruanda sit: vel quod forsitan veteris est, addecerare poterit, etiã iure civili hæredem teneri ad satisfactiõnem damni illati ex delicto defuncti actione rei persequutoria: quamuis nihil ex eo crimine ad hæredem persequeretur, nec lis fuerit a defuncto contestata, quemadmodum est in interiore iudicio ad id heres tenetur. Nam & iura Ceterorum, quibus statutum est, hæredem non posse ex delicto defuncti conueniri, intelligenda sunt quo ad actionem peccatam, vt pœnam criminis soluat, nõ autem quo ad damni illati persequutionem: actione etenim persequutoria rei, & ad damni illati conueniri hæres propter crimen defuncti tenetur, adhuc in foro civili & seculari: sicuti noue, & aduersus commune visum est Caroli Molinzo in additionibus ad Decium, in l. pupillum §. in hæredes. ff. de regul. iur. cui suffragatur text. singul. quem in non adducit in §. si autem verbis. *de leg. Aquil.* quo in loco præmittit Iustinianus actionem legis Aquilæ pœnalem esse: quia non solum tantumque damniatur, quantum damni deditur, sed aliquando longe plus. Subdit deinde text. ideoque constat in hæredem actionem non transire, quæ transitura fuisset, si vltra minimum nunquam lis essimaretur. Sic sane probatur actio pœna ex delicto rei persequutoriam omnino in hæredem competere idem probatur in l. pro fure. ff. de condit. fur. & in §. vltim. in fine. de obligat. que ex quasi delicto nascuntur. quibus apparet aduersus furis hæredem dari conditionem furtiuam, etiam si res hæredem ablata perierit viuente fure, nec ad hæredem peruenierit. Et licet omnium consensu assueverit, esse speciale quid in conditione furtiua, vt contra furis hæredem detur actio non video congruam rationem differetia inter damnum illatum furti crimine, & illatum incendio, rapina, furtiue sceleris, quantum ad ipsius damni reparationem: idem igitur erit in hærede vsurarii, in hærede furis, raptoris, incendiarii, depopulatoris agrorum, & similibus.

Illud vero obseruandum dignum cenleo, an hæredes, qui ex delicto defuncti tenentur iuxta ea, quæ modo diximus teneantur etiã vltra vires hereditarias, si inuentarium non confererint: & quibusdam placet, sat esse hæredes etiam non confecto inuentario conueniri posse iuxta vires hereditarias, ita quidem, vt vltra patrimonium defuncti in hac specie minime teneatur, cum præter, ne dicam contra regulas iuris ex delicto defuncti conueniatur. Sic adnotatur Fredericus gloss. 21. Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in d. l. si quisquam, super gloss. mandauerit. Henr. in ca. vit. de sepult. Aretin. conf. 118. col. vlt. Anan. in d. c. a. tua. nos. idem latius in c. in literis de vapo. vlt. m. 7. hanc opinionem scribit Communem esse idem testatur Carolus Ruinus conf. 2. l. 4. eandem veram esse censet in omnibus criminibus præter vsuram Aretin. in Rubr. ff. de acquirent. hæredit. col. 3. at in vltra opinatur, hæredem, qui inuentarium non confecerit, insolidum vltra vires hereditarias omnino teneri. Quin & Panormita aduersus vulgo receptam sententiam in d. c. in literis. in omnibus criminibus opinatur, hæredem non confecto inuentario vltra vires hereditarias teneri, ad criminis & damni emendationem. ea ratione, quod hæres non teneatur ex delicto defuncti aliqua dispositione iuris specialis sed ex tacito præcepto testantis qui pœnitens decesserit. quam rationem falsam esse paulo ante ostendimus, & ideo Panorm. opinio nequaquam potest ea comprobari. fortius profecto persuaderi posset ex eo, quod hæres teneatur non confecto inuentario insolidum ad solvenda debita defuncti, sicuti iure manifestum est, & damni illati proximo a defuncto restitutio inter vere debita cõputanda sit. Sed nihilominus cõmunem sententiam hęc sequor. cum propter text. in d. c. quanquam. & in d. c. tua. nos. & in d. c. in literis. quibus hæc satisfactio iniungitur hæredibus iuxta facultates defunctorum, tum propterea quod in hisce casibus hæres ex delicto defuncti potius, quã ex contractu conueniatur, vnde oportet rigore hunc aliqua æquitate temperari: tametsi iuxta diligentem & exactam disputationem in istis defenderetur Abb. opinio, quam tenet Paul. Cauterius in Rubr. ff. de acquir. hæredit. & ante omnem eam probauit gloss. in d. c. in literis. Quod vero Aretin. in d. Rubric. adnotauit in vltimis opinionem Abb. defendens ob id, quod vsurarum restitutio descendat ex contractu, & peti possint cond. Axi-

ne indebiti, refelli poterit: quia debitor scienter vsuras indebitas soluit, & ideo cõdictio indebiti, quicquid alii dixerint, minime congruit secundum notata in l. 1. ff. de condit. indebiti. Et si dixeris debitorem coactum iuramento, quandoque vsuras indebitas soluisse. cap. debitores. de iur. iur. tunc non magis competit ei cõdictio indebiti, quam soluendi indebitum per metum. Et deinde etiam si cõdictio indebiti hæc in specie detur, ea est irregularis, ac extraordinaria potius ex delicto descendens, quam ex contractu: quemadmodum & sæpissime contingit, aliquid recipi, indebitum quidem ob iuris diuini, vel humani prohibitionem. ab eo qui scienter soluit.

Quarto licet alioqui Infames testari iure valeant, & eorũ testamenta minime irrita sint propter infamiam iuris. l. eius qui in fin. ff. de testam. l. 1. c. de secundis nuptiis. Bart. & Dd. communiter in l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. de testam. Bald. in l. vi. in fin. c. si a non comper. iudice. Et idem quamuis iure veteri Pandectarum vsurarius manifestus posset condere testamentum l. eius qui in prim. ff. si cert. per. vbi hoc in specie adnotarunt Alb. Roman. & Ial. iure tamen Pontificio vsurarii manifesti testamentum ipso iure nullum est. text. in d. c. quanquam. ad fin. Imo non potest lex Principis secularis statuere, quod vsurarii manifesti testamentum valeat secundum Bal. in cons. 334. lib. 2. nisi præmissa cautione, cuius mentio fit in d. c. quanquam.

Quarto, idem erit in codicillis. nam & hi facti ab vsurario manifesto nulli sunt sicut & testamentum gl. Io. And. Dom. & Fran. in d. c. quanquam. Franc. in Rub. de testam. in c. n. 34. Anan. c. quia in omnib. de vsur. n. 13. addit gl. rationem: quia alioqui ea constitutio contra vsurarios manifestos condita, redderetur elusoria, si codicilli ab eis facti valerent. Vnde etiam gl. commendant & laudant Fel. in c. transato. de constit. col. vlt. Burgen. in c. ad nostram. col. 3. de empt. Barb. cons. 33. lib. 2. col. 6. ex ea deducentes constitutionem pœnalem extendendam fore, ne reddatur inutilis & frustretur, passim excogitatis cautelis.

Sexto, eadem prohibitio, & in donatione causa mortis obtinebit, iuxta resolutionem a nobis traditam in Rubr. de testament. part. 3. nu. 11.

Septimo, circa eandem constitutionem controuertitur, quid dicendum sit in Iudæo manifesto vsurario, an & eius testamentum irritum sit non præstita cautione idonea de vsuris restituendis? Et Alex. cons. 6. lib. 6. Are. cons. 158. Soc. 119. lib. 4. & cons. 70. lib. 1. Alci. lib. 1. de verb. signif. col. 21. existimant, pœnas statutas in d. c. quanquam. nulla in parte Iudæos afficere, duplici quidem ratione: primum quod Iudæis non conueniant illius constitutionis verba, quibus de ecclesiastica sepultura, quæ ad eos nihil attinet, tractatur, & ob id nec ipsa constitutio Iudæos afficiat. ex gloss. in l. mancipia. C. de seru. fugit. deinde quia Iudæi exempti videntur à legibus ecclesiasticis, cum hi extra ecclesiam sint. cap. gaudemus de dinort. ca. omnis Christianus. 11. qu. 3. cap. multi. 2. q. 1. notatur in c. de constit. verum hæc in controuersia ego verum esse cenleo quo ad prohibitionem testandi, & testamenti reprobationem Iudæos dicta constitutione omnino ligari, secutus Carol. Moli. in d. Alex. con. 6. Dec. quamuis debitandum in d. c. 1. de cons. in 2. lectu. nu. 8. Nam quo ad testamentum optime congruit etiam Iudæis prohibitio à Romano Pontifice facta ad coercendum vsurarum exercitium, & ideo licet quo ad alias pœnas verba eis non conueniant, eandem lex non minus obtinebit, nisi cautio meliori modo, & forma, qua possit à Iudæo præstita sit. Iudæi vero in prouincijs Christianorum habitantes procul dubio principibus facultatibus & ecclesiasticis subiciuntur, non quidem quo ad spirituales pœnas, & ea, quæ ad spiritualia pertineant, sed in his, quæ ratione politica ad legis naturalis obseruationem & tutelam constituuntur: quod deducitur ex traditis in ca. 1. de constit. gloss. in ca. sepe 28. q. 1. Oldr. cons. 334. Dec. in cap. 1. nu. 17. post Abb. Card. & Felin. ibi eodem Dec. in ca. consulti. in 3. de appellat. Corn. cons. 114. lib. 1. Socin. 119. lib. 3. quod alibi oportunius tractabitur.

Octauo, non tantum obtinet c. quanquam. constitutio aduersus manifestos vsurarios ex causa mutui: sed & contra eos, qui manifeste Venditionis & Emptionis titulo vsuras exercent. cap. ad nostram. de empt. cap. in ciuitate c. nauiganti. de vsur. notant in hac specie Abb. in d. c. ad nostram. & ibi Anto. Burgen. nu. 7. idem Abb. cons. 22. lib. 1. Ial. in l. eius qui in prouincia. 2. col. ff. si cert. per.

Nono, prætermittendum non est, testamentum factum non præstita canonica, & solenni cautione nullum esse, nõ solum, si fiat ab eo, qui eo tempore manifestus est vsurarius sed

sed & ab eo, qui manifeste foeneratiã artem exercuerat licet tempore testamenti improbam negociationem dimiserat, secundum Ang. in disputatione, incipienti, *Astensis miles. q. 12. Ana. in d. c. quia in omnib. nu. 15. & Soc. cons. 127. li. 3. vbi scribit hanc opinionem communem esse.*

Decimo, quamuis manifestus vřurarius testamentum fecerit pręstita canonis cautione, si tamę post testamentum etiã secreta vřurariũ crimen commiserit, nullũ erit testamentum, cum constet fictam fuisse penitentiam, quod notant Angel. in d. dispu. qu. 15. Anan. in d. cap. quia in omnib. nu. 15. Abb. consil. 1. lib. 2. Franc. in Rub. de testa. nu. 39. Freder. cons. 7. Dominic. post alios in d. cap. quamquam. Bald. in l. executor. C. de exeat. res. iudica. nu. 21.

Vndecimo, si quis, cum vřurarius non esset, testamentum fecerit, ac demum post testamentum manifestior efficiatur vřurarius, irritum erit testamentum, cum eadem sit ratio in hac specie, quę in eo casu, quo tempore testamentum vřurarius manifestus erat, siquidem canon solennem cautionem indixit manifestis vřurariis, vt vřura palam extortę omnino resistereatur. exque ita hanc interpretationem adnotarunt Franc. in d. Rub. de testa. n. 37. Dom. in d. ca. quamquam in fine. Bartol. & Imol. in Clem. 1. de sepul. Freder. in d. cons. 7. Imol. in cap. 2. de testament. nu. 25. & probatur, quia ad vim testamenti oportet testatorem posse testari tempore quo testamentum condidit: & deinde mortis tempore. l. 1. §. si filius. ff. de legat. 3. atque ideo testamentum in proposita questione nemine valebit, quicquid dixerint Angel. in d. disputatione 12. & Anan. in d. cap. quia in omnib. nu. 14. vers. 12.

Duodecimo, hoc in tractatu ambigitur. quid dicendum sit, vbi vřurarius manifestus testamentum fecerit, non pręstita canonis cautione, an id testamentum vires assumat & confirmetur, si testator cautionem postea pręstiterit. Et conclusa huiusce articuli disputatione, ego opinor, testamentũ hoc valdũ effici, quia satis sit canonis constitutioni, & eius prohibitioni, quod expressim tenuerunt gloss. Ioan. And. Domin. & Franc. in d. cap. quamquam. post Anch. libi Franc. in d. Rub. de testa. nu. 38. Anan. in d. cap. quia in omnib. nu. 12. Bartol. & Imol. in l. subo preterito col. vlt. ff. de inst. rapt. Paul. Castren. consil. 292. lib. 2. & Imol. in cap. 2. nu. 26. de testa. quorũ. *Opinio Communis.* est secundum Alex. in l. Gallus. §. vlt. col. 2. de lib. & posthum. quamuis contraria iure verior sit, vt testator idem Alexand. d. col. 2. Bald. in l. executor. numer. 22. ff. de ex. rei iudic. & in l. posthum. col. vltim. C. de bon. poss. contra tab. quo ad ecclesiasticam tamen sepulturam satis erit, cautionem post mortem vřurarii manifesti pręstari ab eius heredibus. gl. inibi recepta in Clem. 1. in verbo, vřurarios manifestos. de sepul.

Decimotertio adnotandum est, testamenta manifestorum vřurariorum ita nulla & irrita esse, non pręstita canonica cautione, vt nec legata ad pias causas in eis relicta debeantur. Bartol. num. 30. Bald. num. 6. leg. 1. Cod. de sacrosanct. eccles. Abb. in Rub. de testament. col. vltim. & Franc. in ead. Rub. lib. 6. num. 34. ex eo, quod nulla sint hæc testamenta ipso iure, nec quidquam in eis relictum peti iure valeat. Equius tamen est, quo ad pia legata hæc testamenta fauore pietatis valida censeri: modo testator pœnitens scelerum & contritionis signis decesserit. quod Dominic. placet in d. cap. quamquam.

CAPVT III.

Traditur vera ratio decidendi ad l. curabit. C. de actio. empr.

SVM M A R I A.

1. Si quod creditori vero interstet tam ratione lucri cessantis, quam damni emergentis, licite ab eo exigatur, absque vřurarium labo. C. nu. 2.
2. Altera ratio decidendi adducitur ad l. curabit. C. de act. empr.
3. Examinatur Baldi opinio in l. 2. C. de vřuris, an l. curabit. ostendat, vbi ab emptore nulli poterunt fructus ere impie percipi.
4. An dominus translatio impediatur vřuras pretii non soluti.
5. Quid, vbi traditio facta fuerit data dilacione ad pretium solvendum.
6. Etiam ab ini. a potest. quantitas eius, quod intererit, vel vřuram in pacto deſerui.
7. Fructus post venditionem percepti, an ad emptorem pertineant.
8. Discutitur, an consilium l. curabit. sit adhibenda in pacto, & promissione vřurantis, vt adiuturque in hoc capite viginti intellectus ad eandem constitutionem.

Curabit, inquitur Cæsares, Præses provincie compellere emptorem, qui nactus possessionem fructuum compellit, partem pretii, quam penes se habet cum vřuris percipere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minor estant constitutio, quę ex eo dubia censetur, quod contra naturam naturalis, diuini, & humani rationem vřuras lętas esse illiquid vltra ipsam fortem, plerumque iure, iustque recipiatur: vbi id redditur ex t causa interesse damni emergentis aut lucri cessantis. text. in l. 3. §. vltim. ff. de eo quod cert. lit. l. 1. §. non tamen. ff. de negot. gest. & l. socium. ff. pro socio. l. 1. §. de vřur. capi. peruenit. de fideiuss. cap. dilecti. de foro compet. Innoc. in cap. sacro de sentent. excom. gl. in cap. conquestus. de vřur. Panorm. & Dd. gl. in d. l. curabit. & in l. 1. C. de sum. Trinit. & in l. C. de vřur. & inibi Bart. & alii. Bald. Abb. post alios in cap. 2. C. de offic. deleg. idem Pan. Fel. & Dec. in eam venerabili. de excep. Ioan. Lup. in c. per vřuras. de donat. 6. notab. Deci. cons. 116. & cons. 119. Aym. cons. 180. colum. vltim. ex Theologis diuis Thom. 2. 2. quęst. 62. art. 4. & q. 78. art. 2. vbi Caiet. Conrad. de contradi. q. 30. Card. à Turre Crem. in d. ca. s. ror. 14. q. 6. vers. ad tertium. Syluest. in verb. vřur. l. q. 19. Grabriel. in 4. semet. d. s. iud. 15. q. 11. art. 1. not. 2. & Ioan. Maior. q. 30. Angel. in Sum. verb. vřura. l. q. 16. Flor. 2. sit. l. cap. 7. §. 19. tradit late Rebuff. in l. vnica. in princip. C. de iur. qua pro eo quod inter. opt. tex. in l. si comissa. ff. rem rat. hñ. Sic tadem fit, vt in specie d. l. curabit. venditor iuste recipiat vřuras pretii non soluti iuxta eam quantitatem, quam ex ipso pretio statim pręstito lucrari posset, vel secundum competentionem damni, quod habuit ob dilatom pretii conuenti solutionem. Hęc tamen ratio plerisque non placebit conditioneratis conditionibus eius, quod vere intererit, & verbi prædictę constitutionis, quemadmodum paulo post traditur. Et ideo alia ex causa Cæsarem reponitur potest defendi, si rem istam diligentius examinantibus obseruamus vřuras, quas venditor hoc casu percipit, non esse vere vřuras, sed rei propria persequutionem, quę deducitur ab acquireta iusticia commutatiua, quę in equalitate consistit, vt scribit Aristot. lib. 3. ethic. cap. 5. & ea veriat, quod, quatenus vnus contrahentium implet, debet alter vřicillum implere, aut implenti soluere lucrum implemēti recepti, ne sequatur inæqualitas inter commutates proprias res. Nam si emptor fructus percipit rei empte nondum soluto pretio, istum est, vt pretii vřuras vřique ad fructũ quantitatem soluat venditori, qui ei rem tradidit libere, cum eam traderet pretio non soluto minime teneretur. *Lex empr. in prin. ff. de act. empr. atque hæc est ipsamet ratio.* qua iustissime à Cæsariis statutum est id, quod in d. l. curabit. t. decimũ extat. sic enim expressim adnotat Carol. Molin. de contradi. q. 74. num. 159. & probatur in eadem constitutione, dum inquit: quas vřuras perceptorum ratio, licet nulla mors intercesserit, generat. Item in l. 2. C. de vřur. ibi, *æquitas ratione præstare emptor vřuras pretij non soluti cogitur.* pulchre text. in l. iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empr. Nam cum re emptor fruatur, ait Iurist. consultus, æquissimum est, quo ad vřuras pretii dependere. idem apparet in vlt. ff. de fundo dot. Quibus accedit, vřuras lucratorias omnimode reprobas esse, vřuras autē recompensatorias omni iure admitti: quia dantur in recompensationem eius, quod ille competebat, & debitum erat eas recipiendi: quodque ipse iustissime habiturus esset, secundum Bald. Paul. & Salycet. in dict. leg. 2. Anania. in cap. 1. col. penultim. & in cap. conquestus. l. 1. de vřur. Carol. Molin. in consuetud. Parisi. l. 1. §. 1. gl. 9. n. 20. & Hier. Cagnol. in d. l. curabit. col. 2. Qua profecto ratione perpeta, & ad vnguem inspecta, plura deduci oportune possunt ad apertionem huius constitutionis interpretatione, quorum aliquos summam attingam, vt constet quantum vřilitatis habeat, vřur. iuris, decisionum ab origine rationum inquisitis.

Primo deducitur, Emptorem teneri ad vřuras pretii non soluti vřique ad quantitatem fructuum rei empte, sibi que tradite, etiam nulla præcedente mora regulari: etiã si venditor ex pretio statim sibi soluto nihil lucraturus esset, quod probatur in d. l. curabit. constatque ex posteriori ratione & id præmittunt fere omnes, qui hanc materiam tractant. Quod Cæsarem constitutio rationem deduceret ab eo, quod intererit venditoris causa damni emergentis, aut lucri cessantis, contrarium foret respondendum: liquidem interesse peti nõ potest, nec eius ratio habetur quod lucri cessans, vbi qui illud habere vult nihil lucraturus esset, aut lucrari minime erat solutus. text. in l. si sterilis. §. ff. per vendit. l. 1. ad emp.